



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris  
ætatis homines, doctrinam & religionem suam  
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus  
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

**Sarcerius, Erasmus**

**Francoforti, 1541**

**VD16 S 1775**

De Votis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29838**

**P**ræmium accidentale dicitur ad quod direc-  
tē merita non ordinantur, sed superadditū  
ex liberalitate retribuentis.

**P**otest sibi aliquis mereri perseverantiā glo-  
riæ, non autem uiæ.

**H**omo ex solo libero arbitrio mereri po-  
test. Etiam illi qui sunt in purgatorio merentur.

**P**atres ueteris testamenti meruerunt sibi in-  
troitum paradisi, quo ad personam, non quo  
ad naturam.

**P**ost mortem potest quis mereri præmium  
accidentale, & remissionē culpe uenialis, quam  
diu est aliquo modo uelator in purgatorio, non  
autem præmium esse[n]tiale.

**M**eritum est boni operis efficacia, ad obti-  
nendum id, quod non habetur, uel ad habendū  
iustus, quod habetur, unde per meritum non  
debito fit debitum, & ipsum debitum fit magis  
debitum, sic rex dat equum, quem miles non-  
dum meruit, sed usu equi meretur eundem e-  
quum iam datum.

**M**eritum est triplex, congrui, digni & condi-  
gni.

**M**eritum congrui, est per quod disponitur  
subiectum, ut possit recipere gratiam secundū  
rationē diuinę iustitię, istud uocatur dispositio  
materię, quando quis facit quod in se est.

**M**eritum digni est idoneitas operantis, ad  
assequendum id, quod meretur.

SCHO-